



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum Societatis Iesv instituit

**Ribadeneyra, Pedro de
Coloniæ Agrippinæ, 1602**

In grauem morbum incidit. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

entia comprobata eleuare con-
 sint. Sed in nihilum eorum conatus
 ciderunt, simul atque Apostolica
 des, post diligentem inuestigationem
 exercitijs serio examinatis, aduersari
 se se opposuit, & sua auctoritate con-
 vsum non modò permisit, verum et
 collaudauit, ac suasi. Quod ex literis
 Apostolicis Pauli tertij Pontificis Ma-
 ximi cōstat, quas anno 1548. scribi iu-
 sit, quibus communitus Exercitiorum
 liber, postea typis excusus, in lucem
 dius est.

IN GRAVEM MORBVM IN-
 cidit.

CAPVT IX.

CVM in ea vitæ ratione, quam su-
 pra diximus, versaretur, accede-
 bat illi sapissimè, vbi se noctu
 quieti dederat, vt illustrationes perma-
 gnæ, & spiritales consolationes mira-
 ficæ quædam eius animo inmitteretur,
 Quæ cum de exiguo, & somno desti-
 nato tempore multum eriperent, &
 noctes hominem cogerent ferè in som-
 nes traducere, diligentius id animad-
 uertens, dubitare apud se cœpit, quo
 ex sōte caderent. Rebus omnibus prou-
 dentes

denter discussis, statuit tandem reiectis illis, satius omnino esse, constitutum temp⁹ somno tribuere. Ex magnis tamen laboribus, & perpetua animi contentione in morbum grauem incidit. Aegrotanti suppeditabat omnia perliberaliter Mantefæ magistratus, & matronæ honestissimæ officiosè ministrabant. Vsq; ad eò verò vis morbi inualuit, vt mors instare ipsi videretur. Paranti se ad mortē ea cogitatio subiit, se iustum esse; cui cum summa vi repugnare conaretur, peccata præteritæ vitæ in memoriam vsq; reuocans, & nihil tamen proficeret, cruciabatur miris modis, sic vt vim morbi intimis visceribus grassantem, leuè præ ea molestia duceret, quam ex conatu ad resistendum adhibito sentiebat. Cùm meliusculè paulò habuisset, & ab extremo illo vitæ periculo non nihil recessisse videretur, vociferari palàm cœpit, & nonnullos, qui officij gratia eò venerant, compellare, contestariq; vt eum se rursus in extremis laborantem cernerent, magnis vocibus clamarent: O miser peccator, ô infelix, etiam atque etiam cogita, quibus te sceleribus obstrinxeris, quibus vitijs Dei in te iram prouocaueris. Vbi
ali-

aliquantulum cōualuit, statim ad cōsuetas pœnitentias, & eandem vitæ asperitatem reddijt, in morbumq; deinceps tetragro incidit, quod & tertio fecit, cōtinuo indefesso studio, & obfirmato animo seipsum peruincere, & labores viribus maiores repetere, perferreq; admittentur. Sed tamen experientia doctus, & stomachi grauissimo eoq; frequenti dolore exagitatus, & rigidi cæli hyemali asperitate commotus, piorū hominum consilijs obtemperare coactus est, & ex panno admodum crasso, coloris cælij exiguas duas vestes, & qualis semipileum eiusdem panni, ad se conlegendum, accipere.

NAVIGAT HIEROSOLY.

m. m. m.

CAPVT. X.

ANnum vnum pius minus Manresa se trālegit, in ea quam diximus vitæ asperitate, quo elapso tempus interrim appetebat, quo profectioem Hierosolymitanā aggredi statuerat. Ergo Barcinonem versus Manresa discessit, & quidem solus; sic enim peregrinari decreuerat. Quāuis enim esset qui se illi vltro comites offerrent, qui